Nicolaus de Tenczyn Osolinski Capitaneus Radosicensis sanus mente et corpore existens a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusuis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciens palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobilibus Joanni Dobrynicki et Zophiae Miackowska coniugibus et ipsorum successoribus summam Mille florenorum pecuniae polonicalis communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam mille florenorum polonicalium memoratus recognoscens Generosus Nicolaus Osolinski se suosque successores in et super bonis suis quibuscunque omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eisdem Generosis Creditoribus suis eorumque posteris inscribit et obligat hinc pro die et Festo Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare soluere et coram officio actisque praesentibus Castrensibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eodem officio non effideiubere nec arestare vel quouis alio modo impugnare. Idque sub vadio similis summae mille florenorum polonicalium per eundem recognoscentem eiusque posteros suprascriptis Creditoribus suis eorumque successoribus ob non solutionem summae praefatae primitus pro tempore et loco supraexpressis ad soluendum succumbendo. Insuper memoratus recognoscens Generosus Nicolaus Osolinski eisdem Generosis Dobrynickim coniugibus eorumque posteris dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem debitoream ex his actis Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae transportatae tanti valebit ac si per ipsum recognoscentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succumbendo ac pro summa ipsa principali non soluta soluenda citatus extunc memoratus recognoscens Generosus Nicolaus de Tenczyn Osolinski aut eius successores ad instantiam praedictorum Generosorum Dobrynickich coniugum aut ipsorum posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu supradicto quoad respondendum spectat mediante semper in primo et tamen termino tanquam peremptorio [illegible] stare iuri parere vadium praedictum luere in toto huic satisfacere

ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum seruitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo adquietationem vltra proximos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia paribus simplicibus delicatis Euasionibus suspensionibus fatalibus iuribus praescriptione Terrestri bello Conuentioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Bierecki Fratri suo Tenetur.

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Georgius Bierecki de Biercza sanus mente et corpore existens a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusuis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciens palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generoso Gabrieli Bierecki de eadem Biercza fratri suo patrueli et ipsius successoribus summam Duorum millium florenorum pecuniae polonicalis communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique per se recognoscentem pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam Duorum millium florenorum pecuniae polonicalis idem recognoscens Generosus Georgius Bierecki eidem Generoso Creditori suo eiusque posteris hinc pro die et Festo Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo se suosque successores in et super bonis suis quibuscunque omnibus et summis pecuniariis habitisque et habendis [illegible] actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus [illegible] in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eodem officio nec effideiubere nec arestare vel quouis alio modo impugnare. Idque sub vadio Duorum millium florenorum pecuniae polonicalis per praedictum recognoscentem aut eius successores praenominato Creditori suo et illius posteris ob non solutionem summae praefatae primitus pro tempore et loco supraexpressis ad soluendum succumbendo. Praeterea memoratus recognoscens Generosus Georgius Bierecki se suosque successores in et super bonis suis quibuscunque omnibus ac etiam

mis pecuniariis habitis et habendis eidem Creditori suo et illius posteris inscribit
et obligat inscriptionem praesentis debitoriam ex his Actis Castren autentice depromptam ad
Acta Terrestria Premisliensia ante decursum unius anni transferre et transportare
sub simili et speciali vadio duorum Millium florenorum pecuniae polonicae per eum regentem
aut eius successores praenominato Creditori suo eiusque posteris ob non transportationem in-
scriptionis praesentis pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendi Pro
quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbendi ac pro
reliqua principali ex praemissis non completa complendisque praemissis Citatus
existens memoratus regens Dominus Georgius Wiecki aut eius successores
Ad instantiam praenominati Domini Gabrielis Wiecki aut eius posterorum ad offici-
um praesens Ca[illegible] quoad
respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam praesen
ptorio stare iuri parere mittere vadio praefata luere in scriptis huic satisfa
cere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eaque
omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes consequen
tes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vero infirmitate [illegible]
ni minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari
ad munimenta ad Quietationem vel aliis quibuscunque dilationibus et legali
bus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praefatos Terminos officii
praefati Castren Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones ap
pellationes ac [illegible] prosecutiones faciendo ac praemissa omnia penitus simpli
cibus vel tricatis quaestionibus suspensionibus fatalibus [illegible] praescriptione
Terrestri bellorum conventioneque aliis omnibus iuris remediis et defen
sis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante

Narciowski Parenti suo obligat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren Capitanealibus Premisliensibus Ge-
nerosus Samuel de Narciow Narciowski Dapifer Terrae Premisliensis sanus men
te et corpore existens Terrae districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibuscunque propriis
et competenter recedens huic autem iurisdictioni Castren Premisliensi quoad actum prae
sentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plena-
rie incorporans et subiiciens palam libere publice et per expressum recognovit quia

ipse bona

ipse bona sua propria obligando infrascripta videlicet medietatem villae Wolczyszczowice
in districtu praesenti Premisliensi consistentem sibi regenti per Dominos Jos Gaszynskie
modo obligatorio inscripta Cum omni eiusdem medietatis bonorum praefatorum villae
Wolczyszczowice iure dominio et proprietate omnibusque et singulis illius utilitati-
bus fructibus proventibus redditibus emolumentis medietate fortalicii syna-
goga ritus Graeci tabernis agris pratis campis sylvis pascuis gais nemori-
bus indaginibus rubetis hortis pomariis stagnis lacubus piscinis medietate
molendini subditis Cmethonibus hortulanis inquilinis eorumque laboribus censibus
dationibus obventionibus vectigalibus muneribus officiis obsequiis universis ab eisque
subditis modo quovis provenientibus adiacentibus et accidentibus attinentiis et perti-
nentiis quibusvis universis ex antiquo ad medietatem bonorum praefatorum villae
Wolczyszczowice spectantibus nullis penitus exceptis et exclusis nec pro se suisque
successoribus aut quopiam alio reservatis sed omnibus in genere et singulis in spe-
cie comprehensis genere per speciem et e contra in nullo derogando Verum ita
late longe circumferentialiterque prout eadem bonorum praedictorum villae Wolczy-
szczowice medietas in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et extendi
et prout eadem bona ipsemet regens tenuit habuit et possidebat ipsique concer-
nebant ac eidem serviebant Tamen nunc et de facto Domino Jo Nicolao Narciowski
de Narciow Iudici Terrestri Leopolien et parenti suo charissimo et ipsius suc-
cessoribus in summa octo millium florenorum polonicae monetae et numeri in Re-
gno currentibus quemlibet florenum grossis triginta polonicis computando certi veri
iusti et liquidi debiti mutuataeque pecuniae ab hinc ad Festum Conversionis
Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum et in defectu praetunc
exemptionis ex tunc ad aliud simile Festum Conversionis Sancti Pauli Apo-
stoli per annum proxime tunc venturum incidens et sic consequenter de anno
ad annum Festa ad Festum annis et Festis continue et immediate se sequenti-
bus usque ad exemptionem bonorum praedictorum et summae praefatae octo millium
florenorum pecuniae polonicae totius integram et indivisam persolutionem obligavit in-
scripsit et invadiavit prout praesentibus obligat inscribit et invadiat. Inque
quietque bona modo praemisso obligata idem recognoscens Dominus Dapifer Ter-
rae Premisliensis et Domino Iudici Terrae Leopolien et ipsius successoribus [illegible]